

**Antonii Milliei, Lvgdvnensis, E Societate Iesv, Moyses
Viator**

Millieu, Antoine

Lugduni, 1636

XIII. Tabernaculi constituti Dedicatio & Pontificis Aaronis filiorum
consecratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69066](#)



LIBER DECIMVSTERTIVS.

DEDICATIO TABERNACVLI: AARONIS ET FI- liorum eius conse- cratio.

I
Taberna-
culum ab-
solutum
sub finem
 anni.

Ponendū
in mediis
castris.

SED volat interea, volat, ac iam vertitur annus
Primus ab egressu Phario: iamque omne re-
demptor
Vriades absoluit opus; perfectaque cuncta
Judicio exploranda dedit Mosisque, ducumque,
Materiam, formaque operum num singula constent,
Artificumque fide, quales castissima poscit
Relligio, Exemplarque typis in monte notatis.
Jamque diem Deus indixit, quæ prima dicando,
Prima eadem primi mensis celeberrima templo,
Metatusque locum septis. Ergo ampla paratur,
Quæ tectum accipiat mediis pura area castris;
Quippe illam populo medium presentius arcem
Præsidium Pater esse iubet, circumque tueri
Relligione, metuque suos; huc vndeque vota
Confluere, auxilium hinc omnes sperare precando,
Mirarique super sacra stantem tecta Columnam,
Et vigiles Patris curas de Nube loquentis.
Rite recensitis igitur, meritoque probatis

Omnibus,

Omnibus, accitos Moses iam laudibus ornat
 Artifices, largisque illis à Numine grates
 Exposcens cœtu populi spectante precatur.

Beseleel, tūque Oliabe, & quorum inclyta tanto
 Nominā sunt inscripta operi sudoribus istis
 Ingenij, doctaeq; manus, totque artibus extant,
 Quæ nulla è cœli tabulis abolenerit ætas.
 Non opis humanae meritis persoluere vestris
 Mercedem: labor iste Dei est, & copia, qui vos
 Ingeniis adeò insignes, atque artibus auxit,
 Dignatusque manus vestras his poscere pensis.
 Inde igitur dignum pretium sperate labori,
 Vnde venit centum vicibus cumulatius omni
 Humano sudore lucrum: nec nulla feretis
 Interea à memori populo solatia vita
 Mortalis, pretiumque manus; manet inclyta fama
 Gloria, nec mortale decus vigilasse Tonanti,
 Atque illi posuisse tholum. Quare, Optime mundi
 Conditor, Isacidumque Pater, dignare paratam
 Hisce operis habitare domum, Thenfamque volan-
 tem:

Pacifico donec Regi stent alta Sionis
 Fundamenta, sitque aeterno immobile templum.
 ET MERCES nimis ampla, tibi hunc placuisse laborem.

Sic fatus iubet instantes Arona Kalendas
 Expectare sacris lectâ cum prole paratum.
 Tum certatim operas septis intendere vela,
 Atriisque ingenti circum quadrangula ductu
 Explanare, & utrumque latus protendere centum
 In cubitos, quibus hinc Borean, hinc excipit Austros,
 Quinquaginta intus dirimi, quâ prospicit ortus,
 Et totidem aspectant Solem quâ terga cadentem,
 Plano igitur, puroque solo mucronibus altè

²
Moses
laudat ar-
tifices.

Bene illis
precatur.

³
Paratur
area ta-
bernacu-
lo.

Lōgaroo:
cubitos,
lata 50.

454 MOYES VIATOR.

Infixas statuere bases ex ære corusco

Columnæ *Vicinas hinc, inde latus qua currit utrumque*
 atrij 60. *Longius: at fronti denas, tergoque dederunt:*
 argento *Sexaginta omnes: totidemque ex ære columnas*
 bractea-
 ræ. *Inseruere super, vacuo queis fusile thyrsos*

Bases 60. *Firmat opus dentem, pedibusque immittit ahenis.*

ænex, *At circum argento cudentes bractea spiras*
 mucrona-
 tæ. *Implicat, & sparsis serpit super æra corymbis.*

**Scapi ser-
 tini.** *An potius scapos ex cedro argentea circum*
Crusta tegit, variisque inserpens frondibus ambit?

Fusi ex argento capitum longo ordine suprà

Capitella *Stant calathi, qui torta gerant velamina byssos*
 argentea. *Verticibus summis duplices suspensa per uncos,*

Intentique tenent funes vela, atque columnas

Columnæ *Affixis solidâ clavis tellure, frementes*
 & vela *Neurapiant septum venti, neu carbasia iacent,*
 firmata *Quæ quinos tantum in cubitos surgentia cingunt*
 funibus. *Exteriore domum vallo, templumque coronant;*

Columnæ *Nec prohibent, ne celsa super delubra patescant,*
 atrij altæ *Spectenturque procul fusis circum atria turbis:*
 cubitos 5. *Quodque satis visus arcent hac septa profanos,*

Exercantque metus castos; ad cunctaque monstrant
Mentibus ac votis potius, quam corpore sacra.

Libera præcipue spatia, & tranquilla ministris

Atrium *Summotâ sic plebe patent, intentaque prorsus*
 patens in *Religio, expendensque omnes Reuerentia ritus.*
 Sacerdo-
 tum mini-
 steria.

At frontem, quam se medios direxit in ortus

Solsticiis, ingens textu cortina tuetur

Ingressus, quinque ad valli suspensa cylindros,

Velum *Vicenique patens cubitis; quas inter Eoo*

atrij cu-
 bitos 20. *Ostia latâ aperit quatuor contraria Phæbo,*

longum. *Queis adeant aras Mystæ, queis munera tectis*

Importent, pecudumque greges, armentaque sanctis

Lecta

Lecta focus : longè populi, longè atria densis
 Conferti obseruant cuneis, cupidósque reducto
 Transmittunt velo visus, spectántque silentes,
 Attonitique aras, pedibusque per atria nudis
 Succinctos tunicis niueo de stamine Mystas.
 Et quoties veli festis aulae diebus
 Altius attollunt uncis mordentibus ansæ,
 Æternum mediis cernunt altaribus ignem,
 Pontificémque preces Summum, cum thure ferentem
 Interiore Adyto: sacrûmque undare vaporem;
 Obstantésque oculis dupli velamine telas:
 Ac tandem prætenta optant tot vela recludi :
 Nunc cortina vetat, primoque in limine pendens
 Abdita quadruplici inuoluit mysteria textu,
 Opponitque oculis totum mortalibus orbem.

Hæc postquam perfecta foris, capit ordine Moses
 Interiore locum campo, duplèxque tremenda
 Designat penetrale domus: pars tertia quippe
 Vestibulum in templi, cœlo se fundit aperto
 Circumquaque patens, nudoque sub atheris axe.
 In medio campi spatio, qua vergit ab ortu
 Solis in occasum, describitur area tecto
 Ter denos tensa in cubitos longo obice valli
 Lata decem, ductoque bases rectangula sulco
 Accipit argento fusas: panguntur utrumque
 Fulcra quater denis pedibus, quibus agmine iunctas
 Vicinas statuere trabes, quas vestiit auro
 Beseleel, laterumque dedit compage vicissim
 Commissas validi in speciem consurgere muri.
 Cardinibus stantes geminis argentea figunt
 Fulcra solo, geminique pedes sub pondere perstant :
 Ipsæ autem denis cubitis ad sidera surgunt.
 At partem occidui subtentam limite Solis

Sacerdos-
tes nudis
pedibus.

Velum
atrij in-
terdum
attolleba-
tur.

Polymita
vela tria.

4
Taberna-
culi area
longa 30.
cubitos,
lata 10.

Bases ar-
gentæ
40. in
vtrisque
latere.
Tabulæ
20.

Altæ cu-
bitos 10.

456 MOYES VIATOR.

Tabulae
8. ad oc-
casum.

Bases 16.

Tabulæ
firmatæ
vectibus.

*Sex clausere pares tabulae, bineq; minores
Committunt costis latera, & muninime firmant.*

*Tum vero quinque ordinibus compagine tota
Traiecti exterius vectes, quos aurea cyclis*

*Admittit series, ac sacris postibus aptat
Firmantes tabulata uno simul omnia cinctu.*

Quinque
ordinibus.

*At mediis quintus tabulis latet abditus ordo,
Excurruntque intus per cæca foramina vectes,*

Inq; vicem sese commissi pyxide cludunt.

Externi
omnes.

An trabibus fuit hæc etiam, ut reor, extima zona?

*Nec tenues intra tabulas iuuisse latenter
Crediderim contos; cæco aut reptasse meatu*

Indutos auro vectes, aut cortice nudos.

Tabularū
coronis.

*Nec magnum illa darent trabibus retinacula robur
Abdita per medias, arctoque foramine cedros.*

Verticibus super æquatis sedet apta coronis

Interius, fuluósque tegit ceu regula postes.

5
Sancta
Sanctorū.

Sanctius inde Adytum Moses quadrum undique,

denis

Metatur cubitis; quatuorque in fronte columnas

Constituit septo: supra capita aurea fulgent:

Columnæ
4. velum
intimum
ferentes.

Argento insistunt trunci, quos aurea velat

Bractea, celatoque inuoluit cortice syluam.

Quam super ex uncis capitum mirabile pendet

Aulæum, dirimitque domos, & condita velat

Interiora adyti, sanctique oracula currus.

Intexti
velo Che-
rubim, &
flores.

Apparent cœli facies, alataque flammis

Agmina plumipidum, & formæ quadricorporis ora,

Et Iuuenum attoniti vultus, coramque stupentes

Numine, compressis hyacintho, & murice pennis,

Horrentesque comas coco, & pallentia byffo

Ora paudent; varij laqueantur stamine flores.

6
Hinc ad vestibulum vicenit tenditur ades

Exterior

Exterior cubitis; simili quam suppara textu
Solis ad exortus, & proxima ad atria claudunt.
Quinque ferunt stantes plinthis velamina thyrsi,
Aurea verticibus queis puluinaria surgunt,
Aurea crusta regit caulem: sed ahenea sidunt
Fulcra solo; terramque aulai fimbria lambat,
Ni teretes unci suspendant dentibus oras.
Ut pateat prior ista domus, cum thura Sacerdos
Flaturus init, Mensaq; recentia liba,
Atque oleo septem lychnuchi pascere myxos:
Stant procul intentæ plebes, Adytumque salutant.

Jam stabant tria membra domus; tentoria Moses
Attolli iubet, & iunctas in tegmina pelles
Ire super, duplémque umbris inuoluere cellam.
Mox picturati contexta volumina cœli
Funibus euoluunt intentis, altaque supra
Obnixi tabulata trahunt; sese explicat ingens
Carbasus, & denos byssō trahit agminis orbes.
Lucent intexti velo stellante colores:
Tenditur, & laterum vallos radicitus ambit
Quadraginta ingens cubitis, quā currit ab ortu
Solis in occasus, operitque volumine terga.
Hanc super è Cilicum textu vela aspera villis
Hirsuto centone tegunt, qui latior imbræ
Arceat: hinc primam reiecta lacinia frontem
Protegit, ac terram sacco pone horrida verrit.
Adduntur rubeæ pelles, & hyanthina tecto
Terga super detracta capris, quæ nigrior unxit
Purpura cum ferrugineo moriens hyacintho.
Sine per antennas gemino pendentia malo
Hac intenta super fuerint velamina templum,
Ut longè excutiant imbræ, hiemémque sonantem,
Deuoluantque procul nimbos pendentibus alis.

Domus
exterior,
seu ...-
cta.
Columnæ
ſ.ferentes
velum ex-
terius.

7
Velum te-
&i ex cor-
tinis 10.
byssinum.

Velum ci-
licinum
ex corti-
nis 11.

Velum &
pellibus
rubris.

Velum ex
ianthinis.

Quæ for-
ma tecti.

Ff S Seu

458 MOYES VIATOR.

*Seu potius pleno supra laquearia ductu
Byssina caprinis haferunt addita velis
Defensura diem,facturaque pellibus umbras ;
Rarus enim nubes illic densabat Orion.*

In tecto
vela 4.

8

Arca po-
fita in do-
mo inte-
riore.

Propitia-
torium,
ceu Ora-
culum.

*Quidquid id est,quatuor tecto velamina pendent :
Tot populo obnubit Moses mysteria scenis.*

Sic ubi descripta partes,intentaque vela ;

*Ipse Dei currum Moses penetralibus imis
Inuehit,ac mediâ augustum puluinar in aëde
Constituit,tabulâsque sinu,geminisque tenentem
Marmoribus Legem,directis vectibus Arcam
Componit. Supra Iuuenum simulacra volantum
Frontibus aduersis,pennisque,hinc inde locantur,
Qui solium,umbellâmque ferant nitentibus alis
Contigui:medium accipiunt Oracula Numen ;
Afflati ardescunt postes,vela omnia fumant,
Cherubique tremunt intexti stamine vultus,
Oppanso quoties Iuuenum se in brachia fundit
Descendens Deus,& voces trans suppura mittit.*

9

In Sandis
altare
thymia-
matis.

Candela-
brum au-
reum ad
meridiem.

Mensa
panum ad
Aquila-
nem.

*Exteriore dein tecto componitur Ara
Aurea,suffitu sacros sparsura vapores
In Sanctum penetrale Adyti:nam proxima velo
Erigitur,coramque Dei calet obuia currus,
Spirantemque vomit veli trans carbasa fumum.*

*Tum laterum medio dextrâ,lauâque locantur ,
Candelabrum ingens septem per brachia lychnis ,
Quâ medianam secat inde diem Titania lampas,*

*Et plenam exclusis tenebris agit aethere lucem:
Inde rigens fremit unde Aquilo glacialibus alis ,
Horrentemque famem terris hiemantibus infert ,
Aurea Mensa gerit disco cerealia liba ,
Præsentesque epulas semper,duodenâque præfert
Azyma;ne vigiles iusta unquam annona ministros*

Deficiat;

*Deficiat; sua sint animis, sua corporibusque
Pabula; lucem habeant mentes, & corpora fruges.
Nulla fames unquam, aut tenebrae sacra limina tan-
gant.*

Significa-
tio mysti-
ca virtus-
que.

NAM PENVS EST DOMVS ALMA DEI, ET CELLARIA
LVCIS.

*Vestibulo post hæc infert Altare cruentum
Vriades: mediam præbent vacua Atria sedem
Sacrificis deuota popis: sed ponere scalas
Circumquaque nefas, gradibusque attollere molem.
Purâ igitur tellure super circum vndique structis
Cespitibus, clino assurgens attollitur umbo,
Suggestumque situ procul adspectantibus offert,
Impositumque altare gerit; cana viscera subter
Accipiunt lapsos cineres fallente camino,
Introrsumque abdunt fluxas à crate fanillas;
Quas facile eructant patulo declinia ductu,
Exportare foras quoties trans castra necesse.
Sic facile acclini tumulo fert ligna Sacerdos,
Acceditque focos, vrendaque munera ponit,
Et per plana super gyro circum ambulat ignes,
Cornua contingens defuso vngenda cruore;
Quod superest bibulo pateris in margine vergit;
Nam siccii subter cineres, audiisque vapore
Ardens terra bibunt, quicumque crepidine fusus
Sanguis: hiat siccias Ariel toto aggere fauces.
Hic modus est, & forma situs, quocumque locandum
Leuiadæ per tesqua ferant, figendaque Nubes
Castra vocet, sedemque notet statione columna.
Portatur geminis altare solutile contis;
Suspensusque ferunt humeris, & vectibus ignem,
Et crate æternum flammæ pascuntur ahena.
Ut stetit hoc altare situ, iuxtaque lebetum*

10
Altare
æreum in
atrio.

Extans in
vmbilico
sine gra-
dibus.

Vacuo
subter
vmbone,
ad cine-
res.

Crepidio
altaris.

Crates æ-
rea sepa-
ratim por-
tata.

Ære

460 MOYES VIATOR.

Lebetes, *Ære cauo, tripodumque ingens cum peluibus ordo,*
 pelues, *Hamatæg₃ manus, tractandisque ignibus vngues,*
 laniæx *Defixæg₃, iugo furca, quibus hostia cæsa*
 arma. *Pendeat, ac tergo spoliandos prebeat artus,*
Tum tabulae, in quibus exta secant lanianda secures.

11
 Labrum *Denique de speculis fusam muliebribus infert*
 æneū in- *Beseleel concham ingentem, fontemque coruscum.*
 ter altare, *Infossi scrobibus lapides, cæcique cauantur*
 & Sanda. *Inter saxa lacus, fusas siphonibus undas,*

Terra *Qui capiant, abdantque cauis, neu sordida circum*
 subter ca- *Strata luto inficiant plantas, neu lubrica fallant.*
 uata ad *In medio defixa basis tectum inter, & aram,*
 forbendā *Arca nique tubis ducti per septa meatus,*
 aquam. *Qui labri exonerent fontes; nitet ignea luce*
Lamina, & aduersos speculis iacit obuia vultus,
Emissæg₃ sonant septenis fontibus undæ.

12
 Kalendis *Vix ea sunt composta loco, cum lampade purâ*
 vocatus *Exoriens fastis Nizan iterum inchoat annum,*
 cœtus. *Clangentesque tubæ castris primordia Lunæ*
Significant, populumque cœnt ad sacra vocantes.
Conuenere Duces; Tribuumque exercitus omnis
Confertis septum cuneis, atque atria vallat.

Populus *Vestibulo obtentum Moses in limine primo*
 ante atriu. *Auleum iubet attolli, longeque patentes*
Prospectus facere effusis ante atria turbis;
 Principes *At Proceres intra septum stare ordine primos,*
 intra. *Ac fidei iussæ populo se sistere testes;*
Nominibus præstare suis, quæ publica vota,
Optatumque Arona sacris offerre Tonanti.
Ad quos sic medius subiecto cespite fatur:

Moses at- *En augusta Dei tandem donaria gentis*
 tentos fa- *In medio stant Isacidæ, cæli emula sedes,*
 cit. *Majestate verenda domus; tantoque iremenda*
Amplius,

*Amplius, accessu quanto dignatur adiri,
 Et templo propiore Deus. Sic ille piorum
 Munera vincere amat, donisque excedere vota.
 Ecquis enim presens adeo presumere Numen
 Sperando auderet? nobis nunc ergo putandum
 Serio quam castas poscat praesentia mentes,
 Quam nunc ipse loco, vobis spectantibus, addet.
 Quare ego dum tectis olei circumfero concham,
 Augustamque domum lustrali consecro ritu
 Unguenti; quo vestra Deus sibi ritè dicari
 Dona iubet, septemque dies insistere pompā,
 Vos animorum adytis, mediisque in pectore templum
 Augustum penetrare Deo sacrate dicantes,
 QVAS MAVVLT HABITARE DOMOS: defundite*

Templū
in medio
cur?

*myrrhas,
 Et casiam, calamumque, & olentia cinnama latiss
 Mentibus, ut pingui penitus niteatis olio.
 Quod nisi sit, ritus frustrā usurpamus inanes.
 NAM PIETAS INTERNA PLACET, COELOQUE PRO-*

BANTVR

PRÆCIPVE MEDIIS ANIMI PENETRALIBVS ARÆ.

*Sic fatus mira populi dulcedine corda
 Perfudit, subiitque ingens reuerentia mentes,
 Et fragrans pietatis odor diffatus in auras
 Pectore ab accenso vatis cum voce per omnes
 Se longe effudit cuneos. Cen spiritus Euri
 Cum per odoratas messes, pretiosaque succo
 Virgulta harentem collegerit aera pennis,
 Spirantesque crocos, & balsama raserit alis,
 Halantes præfert animas, & flamina longe
 Unguentata vomens cœlum spiramine mulcet,
 Exultant aurâ volucres, blandumque vaporem
 Cantibus accipiunt, & odoro carmine miscent.*

Mentes
dedicadæ
principiæ
oleo gra-
tiaz.

13
Pietatis
sensus in
populo.

Odor gra-
tiaz, & Vir-
tutis.

Odorata
aura.

Haud

462 MOYES VIATOR.

Haud aliter lœti Isacidæ fragrantia vota
 Vocibus in cœlum mittunt, sua, séque dicantes
 Numinis obsequio : confessim cuncta sacrari
 Unanimes clamore iubent. Tum protinus Heros
 Ex utraque domo foribus pendentia primis

Tolli vela iubet : tabulis ardentibus auro
 Vnde domus, & vasorum. Compositæ procul apparent Oracula Thensæ,
 A ligerisque horrenda domus, qui poplite nixi
 Mole fatiscentes subtendunt Numine pennas.
 Ipse prius puro perfusus flumine Labri,
 Incipit hinc Moses oleum defundere conchâ,
 A latosque Dei currus, & marmora Legis
 Oblinit, ac dextrâ largos inducit odores :
 Tum valli tabulata, forisque, intusque, basisque,
 Carbasaque, & vectes stillato irrorat oliuo.

Velum ante Arcam.
 Ac simul ut domus interior functa vnguine, byssus
 Ante fores arcens oculos demissa columnis
 Exclusit visus adytis : dein spargit acerram
 Ingentem, mediâmque aram medicamine sacrat
 Vnguenti, mensam, & lances, & brachia septem
 Lychnuchi, totidem ex auro gestantia myxos ;
 Vasaque myxorum, carpunt que forfice fungos.
 Et muri tabulas, intentaque tegmine vela,
 Centonesque super stratos, rubicundaque terga ;
 Tum labri fontes, crateraque altaris abeni,
 Armâque structa focus : post, septi ex ære columnas,
 Intentasque super longinqua per atria telas ;
 Denique odorato nihil non ceromate tinctum.
 Fragrat odor, myrrhaq; procul, casiaq; vapores
 Cum calamo per castra volant spargentibus auris :
 Crocei imbres in theatris.

Ceu Cilicum si quando madent proscenia nimbis,
 Ingentemque super caueam prægnantia nardo
 Nubila se rumpant, aut fundat amaracus imbre,

Copia

Copia perfusos mulcet Nabathaea Quirites ;
Haud secūs Hebreas afflat Seplasia nares.

Primus ut hic perfectus bonos, Deus ecce per auras
Inuehitur noua tecta super, veteremque relinquens
Extra castra domum, celebratum Encanaria Nubes
Aduolat, ac templi in fastigia sustinet umbram
Impendens, latèque operit pavitantia castra :
At subter suspensa volans à Nube columna
Desiliuit, cœn sponte cadens, tectoque quienuit
Infundens totis radios penetralibus auro
Ardentes, & luce ; tremunt accensaque fumant
Carbasa velorum, spargensque per omnia lucem
Spiramenta vapor Numen testatur anhelâ
Immensum sedisse domo ; nec posse teneri
Finibus angustis adeò : populum ire per omnem,
Mentibus affectare viam : cupere omnibus ingens
Eructare iubar, certamque volentibus ultrò
Præsidio cum lucis opem præstare paratum :
Sed trepidat Moses, trepidaq; ad lumina gentis
Tanta, Sequester adhuc, populo sua temperat ora :
Tot, tantosque adytis delubra vomentia Soles,
Nec penetrare audet velum, nec tangere limen,
Subductos donec radios caligo recondat,
Vibrantesque faces tectis, & fulgura cessent.
Interea affatur populum, firmatque pauentes.

Ignaros auferte metus, admittite contra
Spem potius lætam, Isacidæ, quam sensibus offert
Tam præsens in Nube Deus : spectatis ut olli
Vestra placent hac dona ? sacrâmq; ut possidet adē ?
Nec dubium est, queis vos oculis, & munera dexter
Aspiciat, vobis foueat quas peccore curas.
Nunc postquam est deuota domus, positæq; petenti
Stant aræ, poscit certo sibi inre ministros,

Delectosque

14

Nubes, &
columna
migrat in
nouā do-
mum.

Dei glo-
ria mani-
festa do-
mum oc-
cupat.

Insidet
mentibus.

Non au-
det Mo-
ses intra-
re.

15
Trepidos
confir-
mat.

464 MOYES VIATOR.

Aaron & filij vocati ad sacerdotium. Delectosque vocat, sua ne qui altaria tangant iniussi, vel non electo è sanguine creti:

Protinus ipse ratum faciet, quem mandat honorem

Prodigio; arcebit fraudes altaribus ignis,

Sortis in hoc ductu fraternum ne quis amorem

Sacerdotium in sola familiā Aarōnis.

Obiiciat; sacris solus depositur Aron

Cum sobole; hac solā deinceps de stirpe Sacerdos

Isaciis erit in Tribubus. Deus author honoris,

Vnguento capitī sua patri altaria tradit,

Et sobolem vocat in partes, atque admonet aris,

Vnguento sacrante manus; hos segregat omni

E populo, Christosque suos sibi sciscit oliuo

Vestibus insignes sanctis, sacrāque tiara,

Præterea, qui vasa ferant, & mobile templum

Conuectent humeris, ac iussâ in parte ministrent,

Leuiadas tradit famulos; hanc denique totā

Excepit de gente Tribum pro stirpe dicandam

Primigenā, sibi quam Phariā iam strage sacrarat;

Inde mares thalami primos sibi vindicat aris:

Quinque caput siclis patitur cuiusque rependi;

Dum natos hac lege patres in tecta reportant,

Leuitas totā retinet pro gente ministros.

Sistite nunc ergo sacris Arona volentes.

16

Aaron cum filiis oblatus Deo. Vix ea dicta, Duces aris Arona dicandum,

Leuitasque Deo donant in munia templi.

Productos fratrum è medio: simul hostia triplex

Sistitur, & sacra vestes, purisque canistrum

Exstructum laganis, populo plaudente, feruntur.

Tum sic prima virum affatus sub limina Moses.

Aaronis fors & dignitatis Sacerdotū. Nunc animis, iam nunc mortales abiice curas;

PONE HOMINEM PROCVL, ET COELESTES INDVE

SENSVS:

Quodque suas vocat in sortes hinc concipe NUMEN

ALTER.

ALTER ERIS DEINCEPS, vt qui te viderit aras
 Adstantem, sciat esse Deum, quem pectore gestes
 Interpres, mediisque hominum, cœlique Sequester,
 SINTQVE TVI POPVLO VIVENDI REGVLA MORES.
 Quam mirata domus primū gnatique sequantur,
 Mox aliq linguâ spectent factisque docentem.

Sic fatus preit ad fontes, prætentaque Labro
 Vela subit; spoliat fratrem, vestesque profanas
 Detrahit, ac prorsus perfusum proliuit undâ.
 Mox femur adstringens candente sub ilia byssô
 SVBLIGAR induci iubet, emunitque pudorem;
 Neu qua sacros inter ritus fortuna cadentis
 Offendat, visuque ferant intacta ruborem.

Tum TVNICAM duplici è byssô, tortaque nitentem
 Inductam collo ad talos à vertice fundit.

Non rugis, non illa sinu, non follibus undat,
 Sed manicis habiles artus ad munia STRINGENS
 Tenditur, & membris haret concinna mouendis,
 Ceu campestre sagum, tegitur quo miles in armis.
 Hanc circum medio voluens in pectora ZONAM
 Multiplicem textu, pictisque imitante colubri
 Floribus exuuias hyacintho, & murice cingit.

Amplexu gemino renes, & pectora stamen
 Implicuit coco, redeunt in pectora nodi;
 Desfluit ad tunicae, superat que tertia limbum,
 Ut spolium extremas allambat textile suras.
 Sic tunica, & cinctu tectum producit in ora
 Adstantum procerum, populique, ac talia fatu.

A spicitis, Ciues, quam castum altaria poscant
 Pontificem? quos hec doceant velamina cultus?
 Flumine lustratos artus, que stamina velant
 Arcta super, stringuntque virum, nil deinde solutum
 Corpore, nil animoque vagum, fluxumve relinquunt.

Pauatur
ad fontem
specula-
rem.

Subligar.
Tunica
stricta.

Zona tex-
tilis piæ,
vt spoliū
serpentis.

Tropolo-
gia tuni-
ca, & zo-
nx.

466 MOYES VIATOR.

MORVM NORMA TIBI primis hæc vestibus esto,
PRÆCINCTVS PVDOR, & membris exclusa
libido.

*Coge animum, nienteque iecur stringatur amictu;
Muniat exuuiis colubri prudentia pectus,
Et vigeant morum vernante leberide flores,
QVAMQVE MAGIS canos circumdabit insula crines,
TAM MAGIS æternâ virtus stet viua iuuentâ;
SIC ANIMI VIGOR, & senium tibi fœdera seruent.*

Sene&æ
iuuenta,
Virtus.

I 7

Tunica
hyacin-
thina in-
ductur.

Illius ora
superior
ad collū.
Psal. 132.

2.

Capitiū.

Mala
granata.
Cymbala
aurea.

In colori-
bus ele-
menta 4.
Stellæ &
cælum in
auro, &
pomis.

*Hæc ubi dicta, palam telas poscens HYACINTHO
Florentes TVNICAMQVE auro, malisque sonantem
Puniceis, textum Phrygio mirabile limbo
Explicat, inducitque humeris, quâ fissa supernè
Vestis hiat, capitique injecta recumbit in armos,
Et plumante premens collum circumtegit orâ;
Orâ, quæ barbam unguento, crinémque madentem
Lambit, & infuso capiti roratur oliuo.
Sub mediâ pone assuitur ceruice cucullus
Textilis, atque curum coco, cum murice miscet.
Læna ingens undante sinu, cœn cyclas, in orbem
Funditur: alterno dependent addita textu
Aurea puniceis per limbum cymbala pomis,
Vocalisque ferit tinnitu fimbria talos:
Malorum fragmenta rubent accensa pyropis,
Confertaq; patent tunicis sub cortice gemmæ.
Intexti quatuor referunt Elementa colores,
Byssum terra creat, concrescit purpura ponto,
Ignis inest coco, nigricans aër hyacintho.
Stellarumque choros, miroque sonantia circum
Sidera concentu simulat tinnitibus aurum:
Sic totum gestantem humeris, & syrmate mundum
Pontificem fas ire adytis, totique Tonantem.
Muneribus placare Orbi, castoque precatu.*

Tum

Tum vario textu quadrilicem, auroque rigentem
 inducit THORACA humeris, & pectus obarmat
 Loricatum auro, & virgato stamine byssi.
 Aduelant manicae medios hinc inde lacertos:
 Balteus extremas compescit ad ilia partes:
 At summas gemini gemmis nodantibus, oras
 Sardonyches fulgent humeris, inscriptaque scalpro
 Hinc, atque inde Patrum partiti nomina gestant
 Ordine, quem sua cuique dedit natalibus aras.
 Sex humero insculpti dextro, totidemque sinistro.

18
 Superhum
erale,
seu Epo
mis.
 Balteus.

PONTIFICEM MAIORVM ONERAT SIC GEMMEA
 VIRTUS!

QVAM PORTAT TAMEN IPSE SVA, SVPERAT QVE Tropolo
 FERENDO,

Sardony
ches duo
in hume
ris.

HORTATVRQVE SVIS ad Patrem exempla minores,
 Ipse Patrum populique Pater, cœu MAXIMVS ATLAS,
 Qui cœlum thorace ferat, duodenaque signa,
 Impositoque humeris binos summi, etheris axes,
 Dimidiisque globis diuisum æqualiter orbem;
 Quem gerit exsuperans, ac toto vertice transit,
 Despectatque; DEI MVNDVM PORTANTIS IMAGO;
 Cuius opus subiectum oculis, sempérque paternâ
 Gestatur, memoriique inter stat brachia curâ.

Atlas po
tifex mu
ndo altior.

Imago
Dei.

Nec satis est gestare humeris; sed pectorc condit
 Diuinum mandatur opus, mirabile gemmis
 Et pretio, doctæq; manus calamine fulgens,
 Quo RATIO fixit MENTIS cum nomine sedem.
 Quadrato quatuor textu coire colores,
 Quos aurum fulgore animat, viuque per artem
 Accendunt flores, quatuorque in versibus ordo
 Gemmarum serie illustri; quæ nomina monstrant
 Sculpta super diudena Ducum: cœlataque ferro,
 Respondent paribus numero sibi singula gemmis.

19
 Rationale
in pecto
re.

Quali for
ma.

Gemmae
12. ver
bus 4.

G g 2 Stat

468 MOYES VIATOR.

*Stat fratrum quadrata acies : natalia versus ,
 Et seriem statione locant. Stat SARDÀ supremo,
 Sanguineoque sinn Rubenos nomine fulget :
 Rarior inuentu Simeona TOPAZIVS ambit:
 Inscriptit gremio Iudam viridante SMARAGDV.
 Tres alij versu gemmas tenuere secundo :
 Nomine cælatus Danos CARBVCVLVS ardet :
 Nephthali cæruleo SAPPHIRI inscriberis auro :*

Gad felicitas.

Gen. 30.

11.

*Fortunate, tuum Gad nomen IASPIDE firmas.
 Tertia dein sequitur series lapidumque, ducumque :
 Sculpitur in LIGVRI violis Aser HYACINTHI :
 Issachar auratum guttis sortitur ACHATEM :*

Zabuloni, AMETHYSTE, places, inimice, Lyæo.

Quartus habet reliquos extremo margine versus :

CHRYSOLITHVS præfert Ephrænum concolor auro :

Postpositum solatur ONYX candore Manassem:

Beniaminus habet BERYLLO nomen in imo.

Sic auro inclusi lapides in pectore fulgent,

Fundamenta domus sanctæ, gentisque columne:

*Quos DOCTRINA situ solidat, quos lumine VERVM
 PERFICIT, & quorum loquitur per fulgura Numen,
 Demonstratque hominum sortes, atque abdita pandit.*

Et quoties de Lege refert responsa Sacerdos

Consultus, Regnique vices, & publica fata,

Aut priuata, rogant dubiis in rebus egentes

Consilio, ac N umen venerati ritè precantur ;

Pontifici adſtens Sammo præcordia pellit

Spiritus, & gemmas arcano illuminat igne,

Inſtitatque animi fibras, & fata recludit.

TVM LINGVAM MÖDERANTE DEO certissima fun-

dit

Effata, & procul omnis abest ambagibus error ,

Seu doceat Legem exponens, seu ſacula formet

Moribus,

**Tropolo-
gia.**

**Patriar-
chæ fun-
damenta
domus.**

**DOCTRI-
NA, &
VERI-
TAS, quid.**

**Summus
Pontifex,
Dei ora-
culum.
Allegoria.**

**S. Spiritus
illi adſi-
stens ad
doctrinam
fidei &
morum.**

LIBER XIII. 469

*Moribus, ac ritus populis pro tempore condat ;
Non obliqua sonant sacro de pectore verba :
Non angunt perplexa animos : sed se ipse Sacerdos
Explicat, ut pareat MANIFESTO in lumine VERVM.*

*Hæc VRIM, THVMMIMQVE sacris, quæ prodita
chartis*

*Pontificis Summi Moses inscribere iussus
Pectore, DOCTRINAMQVE sinu, VERVMQVE sacrare
Luminibus gemmarum, & quadri textilis auro.*

*HINC POPVLOS, REGESQVE, Dei cognoscere iussa
In dubiis, & Pontifici summittere Summo
Imperi fasces fas; & parere necesse est
Promenti responsa sacro, quæ pectore Numen
Edidit, ac mentis manifesto in lumine scripsit.*

*Propterea insculpti gemmis præcordia Reges
Insistunt, ceu PRIMA DEI, ET PENITISSIMA CVRA ;
Quorum quippe salus, populi complexa salutem :
VNVM TOT POPVLIS VIGILAT CAPVT, ET VALET*

VNVM,

*TVTATVRQVE SIMVL POPVLOS TOT NVMEN IN
VNO.*

*Fatidicum gemmis ergo stat pectore stamen
Pontificis, textuque duplex, quadrumque figurâ,
Quod gemino adstringens infernè fibula morsu
Inserit in saguli, quâ congruit angulus, oras :*

*At super ex auro duplices, hinc, inde catenæ
Traiectæ in summos, quos obiicit annulus, orbes,
Suspendunt humeri geminos thoracis ad uncos,
Qui super ex auro postico in margine fulgent :*

*Sic totum firmatur opus, nexusque cohæret.
Connixi DOCTRINAM humeri cum pectore portant ;
QVODQVE DOCET LINGVA, PRÆSTAT VIRTUTE
SACERDOS :*

20
VRIM &
THVM-
MIM,
quid.

Scientia
& Lex
Dei in
corde &
ore Sum-
mi Ponti-
ficiis.

Reges,
prima
Dei cura.

Rationa-
lis firmi-
tas in ne-
xu.

Catenulæ
duplices
aureæ.

Tropolo-
gia manu-
& verbo
docet.

470 MOYES VIATOR.

Matth.
23.4.

QUEIS ALIOS ONERAT, SVBIECTAT FASCIBVS AR-

MOS:

NEC DIGITO TANTVM IPSE MOVET, SED ROBORE
TOTO:

21

Tiaræ
Pontificie
maiestas.

Sic meritò gestat CIDARIM; quam denique Moses
Productam capiti imposuit; cecidere trementes
Conspecto fulgore Tribus: sub pondere tanto
Pontificis genua agra tremunt, ceruixque laborat:
Poplitibusque solo positis cum Mose Phalanges
A ligerum Isaciis aduertunt lumina castris
TER SANCTVM venerati omnes diadematæ NOMEN.

Forma
rotunda,
vt hemi-
cycli.

Dimidium è tortâ byssō contextas in orbem
Pileus, assutis quem circum fascia spiris
Voluitur, intextos miscens flores hyacintho
Byssum operit, iunctosque super sinuatur in orbes
Lemnisco cingente caput, supràque rotundo
Verticis amplexu tegit usque ad tempora canos.

Consuta
ex tænia
voluta in
spiras.

Nullus apex, nullus turbo, surgente tiarâ,
Qualis Achæmenios distinguit acumine Reges:
Nullus ab infractâ propendens parte cucullus.
Sed summo inductus capiti, undique pileus hæret,
Inq[ue] orbes circum spirâ currente coronat.

Calyculi
in spiris
instar co-
ronæ.

Intexti calyces auro, cum floribus errant
Per spiras, torulisque triplex diadema figurant:
In summo coeunt flores, clauduntque coronam
Vertice, ceu mundi radiantia sidera in axe.

In lamina
aurea no-
men inef-
fabile.

At super anticos in frontis margine crines
AVREA adorandum proponit LAMINA NOMEN,
QVOD NEQVE LINGVA LEGAT, NEQVE VOX SONET,
obvia quamvis

Vitta
hyacin-
thina.

Conspicuis quatuor pandant elementa figuris,
Aureaque impresso prescribat pagina cælo,
Pagina, quā cidari adnectens HYACINTHINA VITTA
Alligat;

LIBER XIII. 471

*Alligat; ac pone exundans velut insula pendet,
Aut impulsa leues lemnisco perstrepit auras.
Hoc simul augustus cultu sese intulit Aron,
Perculit attonitas visu Reuerentia mentes:
Maiestasque Dei cœlo procedere visa,
Et gestare humeris, sibi quem circundedit orbem,
Naturamque habilem rerum, quâ Conditor extra
Induitur, séque ut manifesto ostentat amictu
ABDITA MENS, INTVSQVE IMMENSO effusa recessu
Exsuperat, sua séque extra gestamina fundit;
Fas tamen ex habitu abstrusam cognoscere mentem,
Vestigare latens mundi sub pegmate Numen;
QVIPPE DEVVM, coram immenso defixa theatro
Machina conspicuum, cunctis ea gentibus infert.
Quod populum paucis Moses sic admonet ore.*

*Ecce patet Deus, Isacida, mediūmque per agmen
Ambulat, ac vestrar inter tentoria figit
Ipse domos: vos illa nisi docet Orbis imago,
Et Natura sinu immenso, quam sustinet intus
Spiritus, ac vitam insinuans complectitur omnes
Cœlorum, terræq; globos, quos Numine fundat
Ipse suo, induitōsque sibi, ut velamina, gestat;
En alia coram vobis in imagine Numen,
Et contracta magis species. Sic blanda potestas
Maiestatis, in Isacios se commodat usus!
Cernitis ut sancta procinctus veste Sacerdos
Pectore vos humerisque ferat, tantoque paratu
Vestibus intextum, vobis qui seruiat, Orbem?
Illius Dominum vobis, rerumque parentem
Conciliet, summo cuius fert vertice NOMEN?
GRANDIBVS impendens effulget fronte figuris,
Incurritque oculos, neu vos fiducia Patris
Destituat, neu vos Domini à formidine terror.*

22
Pontificis
Maiestas,
imago di-
uinæ.

Deivestis,
naturæ
creatæ
species.

Cogno-
scitur ex
veste
Deus.

Allego-
ria.
Deus in
Pontifice.

Vt in
imagine
& mundo
textili.

Prouiden-
tia singu-
laris in fi-
lios in Ra-
tionali.

Fiducia,
& timor.

Gg 4 Cognoscent

472 MOYES VIATOR.

*Cognoscent aliae gentes per vestra subiecta
Arma, per in vestri patrata exempla fauorem
Hoc regnare Dei solum super omnia NOMEN.*

*Huc olim populi positis erroribus omnes
Accurrent, huc Isacias voluentur ad aras;*

**Illi omne
genu cur-
nabitur.**

Deposcēntque Deum vestro de sanguine clarum.

Quae vos ergo decet pietas? quam sedula cultu

Relligio? tanto quam casti Praeside mores?

EDICO, prohibete animis, & corpore labes:

Obsequium conferte; nihil committere deinceps

Fas erit hic, ubi tanta Dei praesentia vindex.

Tu vero, tu Pontificis, quo pectore partes,

**Aaronis
partes.**

Queis humeris attende, geras, preq; omnibus Aron

Sollicitè aduigila; castis pater instrue gnatos

Ritibus exemplo, & lingua, dignumque tiara

Hæredem tibi finge manu. TUA MAXIMA VIRTUS

DISCIPLINA DOMVS GEMINÆ, DOMINI QVE,

TVÆ Q V E.

IN TE GNATORVM VIRTVS, ET CULPA REDVNDANT.

23 *His ubi Pontificem Moses, populique ceteras*

**Aaronis
filij Ioti
vestiun-
tur.** *Formauit monitis, properat dein ordine natos*

Spargere aqua, lotosque sacra circundare byssō,

Adstringit zonis tunicas, & pilea donat

Byssina contextis byssō munita corollis.

Adstant in niueo quatuor velamine fratres,

**Aaroni
vngitur
caput, &
manus.** *In mediis genitor virgato murice fulget.*

Quem super vnguentum fundens à vertice Moses

Imbuit, & crines largo permulcet oliuo:

Fragerat odor, pinguisque fluunt per tempora stillæ

In barbam, & tunica collum quâ circuit oras.

Deinde manus patris geminas largo vnguine tingens,

**Filiis ma-
nus tantū.** *Natorumque linit palmas, & odoribus implet*

Pinguibus; at diuina oleo penetrante potestas

Inseritur,

*Inseritur, viuūmque anima perlabitur ignem,
Suaue balans penitus perducit Gratia mentes,
Vnde foras mirum virtus expiret odorem.*

Animorū
vndio à
gratia.

*Tum tecti ante fores, primūmque in limine velum
Admotum statuit vitulum; natōsque, patrēmque,
Mactandāmque super ceruicem imponere palmas
Aronem natōsque iubet; ceu noxia fiat
Tangentum manibus transfusis hostia noxis.
Sic iugulo abscondit cultros, pateraque cruorem
Exceptum, digito inducens in cornua fundit
Altaris, circūmque linit: pars cetera ad imam
Fusa basim tinxit summas tumuli aggere glebas.
Mox exemptum adipem Moses vitalibus extis,
Quodque iecur rete obnubit, renésque gemellos
Impositos adolet flammis, & munera libat
Prima focis, cratēmque super componit ahenam
Exultant audi flammis surgentibus ignes,
Ceu primos Altare Deo gratetur honores.
At reliquos artus casi trans castra iuuenci
Exportant iuuenes, tergūsque, & turgida crudo
Intestina simo structis in cespite flammis
Absumunt, quippe hæc noxis deuota piandis
Hostia, Pontificem, & natos à crimine purgat.*

Hostia
pro pec-
cato.

*Dein aries, alterque aries sistuntur ad aram
Impositis pariter capiti inter cornua palmis.
It totus prior in cineres, sectisque crematur
Artibus, ut fusum in gyro bibit ara cruorem:
Scandit odor cœlum, totusque expirat in astra.*

Vituli
corpus
extra ca-
fira cre-
macum.

24
Aries in
holocau-
stum.

*Arietis alterius perfusum altare cruore
Circunquaque rubet supremi à margine limbi,
Pontifici postquam Summo, gnatisque sacrandis
Auricula tintæ est illo pars infima dextra,
Pollenésque manus digitæ, que robora palmis,*

Aries in
hostiâ pa-
cificam.
Auriculæ
de xiræ, &
pollices
tintæ san-
guine.

Gg 5 Pollicibüsque

474 MOYSES VIATOR.

*Pollicibusque pedum dextris crux illitus habet
Obsequij, Fideique notam, fortissima dextris*

Tropologia. *Commendante opera, & cœptis iungentia finem.*

Vtq[ue] illo firmata pedum vestigia ritu,

Edoctaq[ue] manus dextros pertendere fines;

Purpureum altaris tollit de sanguine rorem,

Sanguine & vnguentu- *Vnguentoque sacro miscens, aspergine lustrat*

to alper- *Vestes, atque viros; populique ex ordine tollit*

sos facit *EXSORTES, HOMINEMQ[UE] SVPRA, ceu Numine*

Christos *plenos,*

Dei. *Fragrantisque olei nitida mulcedine Christos,*

PVPILLAMQ[UE] OCVLI, qui despicit omnia cœlo.

Oblatio. *DENIQ[UE] COELESTES GENIOS, GENIISQ[UE] VE-*

RENDOS:

Quaeis actis vrenda Deo dat munera dextris,

Attollique iubet manibus, frugesque, adipemque,

Azymaque offerri; sublataque protinus ipse

Suscipit, Altarisque focis ardentibus infert;

Pacifica iniectis cœlo volat hostia flammis:

Atque oculos vertit faciles ad munera Numen,

*Propensimque animos, potius, quam munera
spectat.*

Pecusculum, & ar- *At pecudis reliquos artus, partesque ministris*

mus dext- *Sepositas, circum instructi cepere lebetes*

ter. *In tripodum extantes fulcris, furit aestus ahenis,*

Elixasque dapes properans admurmurat unda.

Nam prono iam Sole vocant conuinia mensas;

Intereaque Duces sua templo munera sistunt.

Aaron, & *Aronem, gnatosque nefas excedere septis,*

filiij per- *Vestibulaque exire prius, quam septima pompam*

Rant in *Absoluat cum luce dies: nam ritè dicando*

atrio. *Pontifici, templaque Deus solennia septem*

Hebdomade de- *Sacra iubet durare dies; repetique piandis*

dicationis *Altarique,*

Altarique, virisque suos iusso ordine ritus.

Et perstare intus sanctis in vestibus omnes :

Vngi aram septem vicibus, totidemque cremandis

Extra castra procul flamمام instaurare iuuencis.

Altari toties iterare piamen oliuo.

Ergo sibi intendunt ad templi limina telas,

Excubiasque agitant scenis, & sacra retractant.

Morte luant, si forte pedem extra limina por-
tent,

Tuniceo iam mane dies octava rubebat,

Pontificisque noui stantes ante atria turbæ

Primitias audiè expectant, queis talia Moses

Orsus ait : Deus hunc vobis fortunet honorem,

O Ciues ; & tanta tibi hac benè gloria vertat

Sacrorum Rex atque Pater, sorteque tuorum;

Hoc habitu, licet Isacidum iam vota capessas

Omnia, non indigna Deo : complectere gentem

Vt fratres, stirpemque Ducum, quos pectore gestas,

Quorum instar nunc priscam adytis inferre im-
beris,

Antiquamque Fidem, lectus tanto unus honori :

At vos, Isacidæ, quibus hac nunc gloria seruit,

Conspirate animis in vota placentia cœlo,

Et castas afferte manus, quæ munera blandè

Commendent libanda Deo, pacemque reportent.

Non ibit, sic spero equidem, quæ purpurat ortum

Lampas in Hesperios hanc lucem condere fluctus,

Ante sua quam clara Deus det pignora mentis,

Emissamque polo confirmet fulgure sortem.

Sic Moses : capit imperium non segnior Aron,

Albatique patrem iuuenes comitantur ad aras.

In medio mox Pontificis cadit hostia prima

Cesa manu : Nadabus pateris, Abiisque cruorem

25
Octaua
die facri-
ficare iu-
betur
Aaron.
Levit.9.

Ignem de
cœlo pro-
mittit
Moses.

26
Primitix
Aaroni-
cz.

Accipiunt:

476 MOYSES VIATOR.

*Accipiunt : Eleazar aquas , Ithamárque lauandis
Appropenant extis, adipémque , & viscera cæsi
Eripiunt, aut ligna focus in cratē reponunt.*

*Ignis ve-
tus re-
motus ab
Altari.*

*Cornua tincta rubent, fususque crepidine sanguis
Altaris, respersit humum : prior omnis ab arā
Ignis abest iamque hesternæ scintilla fauillæ
Nulla super ; friget crates, puramque struuntur
Cæsarum supra pecudum cum frugibus artus ,
Conspersique molâ simile rorantis olio :
Pura salis neque mica deest ; queis ritè paratis
Omnibus in tumulo altaris stans , oraque versus
Ad Thensam, teclique fores, tum deinde precari
Pro se, proque omni populo sic incipit Aron.*

*Aaron
orat pro
se, tum
pro po-
pulo ad
altare.
Hebr. 7.
27.*

*Cælorum, terræq; Sator, cui condita parent
Omnia, quæ magnus gremio complectitur orbis ,
Quem Verbo, mutuque creas, & Numine cingis ,
Hoc oro, mea me primum ne crimina templo
Summoueant indignum aris ; neu munera fædent
Impura de corde manus , ac lumina vertant
Hinc tua ; neu vitiis faciam te primus iniquum
Ipse meis, populoque ; tuum est cum prole parentem
Immeritos quos sponte tuis penetralibus infers ,
Efficere ut digni meritis hæc munia tractent :
Et quod conciliant aliis, latentur amicum ,
Placatumque sibi Numen : primique fruamur
Pace tuâ ; tum tuti aliis illam ore precemur.*

*Eccli. 14.
5.*

*NAM SIBI, QVI NEQVAM EST, ALIIS FRASTRÆ ILLE
LABORET*

*ESSE BONVS. SVA CVIQVE PRIOR IVSTISSIMA
VIRTVS,*

*Populus
hæres
Dei.*

*Hoc primum : tum deinde tuum hoc Pater aspice
regnum ,*

Hæredemque tuæ gentem , quam fædere Legis

Accitam

*Accitam tabulis proprijs solido ASSE Peculi
Instituis, testesque adhibes, & sanguine signas.
Da, precor, ut maneat tabulis immobilis haeres;
Nil ex ASSE tuo perdat; sed foedera fernans,
Atque apices legis minimos, patria omnia cernat,
Et tecum tua dona adeat: Chananeide vietâ
Affectet stellas animis, spemque ardua sursum
Inferat, ac pacti obtineat patrimonia cœli.
Has illam te Patre, domos sperare iubeto.*

Exod. 19.
5.

D E G E N E R E S H A B I T E N T T E R R A S ; N O S P O S C I M V S
ASTRA,

Cœli ha-
reditas
sperata in
lege, vt
Christi
vmbrâ.

*Quo tua nos legis via fert signata per umbras;
In sculptique docent lapides, quos pectore gesto,
Quos humeris, sanctâsque Adyti simul infero sedes.
Ibimus ante tuos trans hac velamina vultus.
Ille suâ Summus scindet, quæ morte Sacerdos
Quem petimus, quémque hâc Genitor moliris in los.
umbrâ.*

Christi
mors re-
ferat cœ-
los.

*His dictis tumuli cliuo descendit ab arâ,
Et cum Moze subit primi sacraria tecti,
Importatque preces adytis: ignique remoto,
Artibus altari medio iacet hostia structis,
Expectatque faces: mox ut penetralibus Aron
Processit, populo iussus sic fausta precari.*

27
Aaron in-
trat San-
cta.

*Elatis cœlo manibus; Deus, inquit, ab alto
Vos super immensâ Charitum de nube suarum
Impluat, & largas Virtutis in horrea messes
Augeat, ag gestis opulentâ in pace maniplis:
Dirigat buc faciles oculos, sempérque sereno
Vos, & vestra iuuans spectet molimina vultu.*

Benedicit
populo.
Leuit. 9.
23.

*Vix ea, cum radiis vibrantibus aethere fulsit
Majestas, sesequæ Dei testata per auras
Gloria, magnifico fulgetra innoxia curru,*

Ignis è
cœlo mis-
sus in al-
tare.
Leuit. 9.
24.

Innocuâsque

478 MOYES VIATOR.

*Innocuásque faces iaculata inuexit aperto
Empyreo : cecidere ignes, ceu sidera , lapsi
Axibus, ac puro ludentibus aère flammis
Adieceré diem Soli ; mox agmine facto ,
Absumit hostias positas in altari.*

*Confluxu iunxere globos , relictaque cadentes
In solidum , fluxere super constructa per aram
Viscera, & altaris mediâ frigentia crate ;
Ac simul hausta vorant , artusque , adipemque ,
molásque ,*

*Ossaque, momentoque bibunt libamina flamme ,
Fragrat odor, rapidusque infert vapor omnia cælo ;
Quo tamen hand revolant ignes, sed fascibus harent
Lignorum, suberant sacris qui ritè parati.*

*Correptos igitur fasces, segmentaque carpunt ,
Materiaque ardent ceu nutrimenta requirant.*

*Sic Altare suum aeterno Deus aetheris igni
Consecrat, ac Summi pariter promulgat honorem
Pontificis , constatque sacri sibi FLAMINIS
author.*

*At prono cecidere Tribus tanto Auspice vultu ,
Prodigiisque stupent adeò pollutibus, ac se
Obsequia, cum laude vount, & Numen adorant.*

*Quos Moses inbet attentos insistere votis ,
Ac fidei meminisse suæ , tantæq; diei ;
Nec videt instantes, qui turbent gaudia luctus :
Carò adeò Deus abscondit, quæ proxima Vati ,*

*Atque adeò tristes miserandâ in clade nepotum
Euentus patrum celat ; qui facula visu
Traicit , in casu vicino imprudens haret.*

*HEV ! CAVEAT QVID QVISQVE , SATIS NVLLI VN-
DIQUE CAVTVM !*

*PRUDENTESQVE timore etiam Deus angit
amicos ,*

Exercetque

28

Nadabi,
& Abiei
mors ce-
lata Mo-
si.

*Atque adeò tristes miserandâ in clade nepotum
Euentus patrum celat ; qui facula visu
Traicit , in casu vicino imprudens haret.*

*HEV ! CAVEAT QVID QVISQVE , SATIS NVLLI VN-
DIQUE CAVTVM !*

*PRUDENTESQVE timore etiam Deus angit
amicos ,*

Exercetque metus inter, summosque fauores.

*FLVCTVAT incertò sapiens in pectore semper,
Donec adhuc fragilis dubio natat aquore cymba;
Et placido metuit pelago, metuitque furenti;
Ad geminas illi semper prompta anchora sortes.*

Timor
Dei dor-
mit inter
duos cle-
ros.

*Dum lata sensim redeunt in tecta cateruae,
Et propè iam perfectus honos; positique lebetes
Haud procul altari flammis communibus undant,
Aronem, iuuenésque monens sic præcipit Heros.*

Ire licet.

*Hic deinceps æternus erit sacer Ignis, ab alto
Quem Pater in terras præsenti Numine misit.
Hunc alet Altari semper vigilante Sacerdos
Nutrimenta ferens, ne quando pabula flammam
Deficiant, moriensque fame scintilla fatiscat
In cinerem, & segnes rapiat mors prompta ministros.*

29
Lex de
æterno
igni pro-
mulgatur
à Moyse.
Leuit. 6.

*Hunc hiemes nulla extinguent, aut nubibus imbres;
IN MEDIIS ARDEBIT AQVIS: hic castra sequetur,
Inuectaque humeris vinax in cruce feretur,
Restituétque sacris flammam; solum audiet ignem
Hunc Deus: hoc solo gratos incensa vapores
Thura dabunt: aris alias quascumque profanas,
Hanc præter, censemte faces. DEVS IGNIS ET IPSE*

In rubo
typo in-
carnati
Verbi.

*INSTAR HABET; cœloque olim demissus ut ignis
In terras, ardere volet, præcordia flammis
Carpere, pérque omnes incendia spargere gentes.*

Luc. 12.

*Denique CONSUMENS IGNIS DEVS, ultima mundi
Absumet scelera; sic expiat omnia flammis.*

49.

Hebr.

*Hoc igitur moneo repetens, rursumque monebo,
Hoc tantum deinceps altari utroque litandum;
Seu pecudum cæsos hic ritè cremabitis artus,
Thurea seu tecto dona interiore feretis;*

12. 29.

Sacer

*Solum hunc quippe Deus recipit placabilis Ignem,
Quem dedit, eque sinn super hac sacraria fusum*

ignis so-

lus in vsu

Altaris

vtrius-

que.

480 MOYES VIATOR.

In terras mediis olim instaurabit in undis.

30

*Ardet in
altari, ut
gloria
Dei.*

*An facie
Cherubi-
ci Leo-
nis?*

*Sic ait: interea flammā exultante per auras,
Ceu fornax altare foret, totūque coruscis
Fulguribus circum radians allambitur igni
Etherio; quin, ut perhibent, medio igne iubata
Fulminibus facies apparet, & ore Leonis,
Qui voret impositos pecudum, & super accubet
artus.*

*Nadab &
Abiu tur-
bati.*

*Iudicia
Dei.*

Quidquid id est: iuuenes ingens trepidatio turbat:

*Aut specie rerum tantā noua gaudia spargunt,
A uertūntque animos iussis: an fortè tremendis
Iudiciis negat euentus auertere faustā
Tam tristes à luce Deus? documentāne nostris
Instituit saclis, pérque hæc exempla ministros
Altaris primo ingressu, & sub limina format?*

*Ergo ubi se præsens in tanto lumine Numen
Ostendit, trepidique paudent vela omnia templi,
Iamque exhausta super cratē omnis victima flam-
mā*

*Thymia-
ma obla-
turi.*

*Profanū
ignem ad-
hibent.*

*Igni sacro
extincti,
ut fulmi-
ne.*

*Accurrunt temerè fratres, ut thurea primū
Importent sua dona adytis, sanctosque vapores;
Principites rapiunt prunas, quas prima coquendis
Visceribus tripodum è numero fortè obtulit olla;*

*Inde profano igni temerant properanter acerras,
Iniectoque sacro fumantes puluere portant.*

*Occurrit Deus ipse viris, primoque repressos
Vestibulo, inuoluit flammis: salit igneus extra
Vela vapor, iuuenūque ruens cœnfulmen in ora
Intactis penetrat viuos sub vestibus artus,
Exhauritque animam venis, & corpora letho
Sternit humi: nulla apparent vestigia flammæ,
Et mors inuidiâ plagæ caret: integra subter
Offa manent: nulla busti fuligine membra*

Torrida:

- Torrida : non ipsi crispati fulgure crines.
Sed tamen irato manifestâ à Numine plagâ
Omnibus horruerant animi ; planctumque cateruæ
Ingerinant ; heu ! sic, Naulabe, heu ! hos inter honores !
Sic, Abiu, heu ! miserande, iaces ? & uterque parenti
Grandano, & matri, primos sic inter honores
Lugendus ? populoque ingens ad limina terror
Prima Dei, quoque horrescant sacraria fratres ?
- Heu ! quid agat gemino percussus fulminis ictu
Infelix pompâ genitor ? quibus ille sequatur
Funera natorum lacrymis ? sed protinus illas
Combibere, & siccis oculis spectare iubetur
Efferri pheretrum natorum funere castris
Spes geminas : nam dura metu solatia Moses
Talia dat patri, & natis. Cohibete dolorem,
Et querulos animo gemitus ; ne scindite vestes :
Ne lacerate comas, caput aut nudate tiarâ.
Lugebunt alij extinctos, & iusta sepultis
Persoluent ; vos stare loco, atque insistite sacris,
HOC AGITE, & nusquam luctu desfletite mentem,
Ne vos exitio simili, populumque ruinâ
Intempestive lacrymæ, lamentaque raptent.
Nec templo proferte pedem, dum funera curant
Elisaphan, Misaëlque. NEFAS CONTINGERE mortis
Exuuias istis manibus, quas consecrat astris
Augusti nitor vnguenti, & mortalibus inde
Exoluti curis : doceant vos istaque primos
Exempla ; & castos hoc fratum funere ritus
Instituant : sic, nempe, Deus sua iura tuetur,
Sic sancit, primoque suos in limine Vindex
Morte Sacerdotes meritos castigat, & arcet,
Ut purostalij per nostra piacula cultus
Condiscant : sic sancta Dei sit prodita vulgo

Temeri-
tas punita
à Deo.

Timor
omnium.

31
Aaronis
quis sen-
sus illo
casu.

Illum &
fratres
Moses lu-
gere ve-
tat.

Quia il-
lata mors
à Deo in
exemplū.

H h Maiestas,

482 MOYES VIATOR.

Nadabi,
& Abieci
culpa le-
uis.

*Maiestas, quæ sic Christos orditur ab ipso
Limine Sanctorum rapere, & depellere fontes.*

*Noxa tamen leuis illa fuit iuuenum, aut leuis
error*

**NI L LEVE RELLIGIO TANTO SVB NVMINE
CENSET.**

x. Petr. 4. *ET QVIS ERIT finis pœnarum in fronte ruentis
17. CONTEMPTU? quos sacrilegi seruantur ad ignes?*

Sic rigidis Moses dictis compescuit imo

*Funus ius.
si curare
Misaël, &
Elisaphā.
Leuit. 10.*

Pectore singultus: magno sic^e robore vulnus

Accepit genitor; siccisque in funere fratrum

Luminibus iuuenes ambo, cum corpora ferrent,

Hinc Misaël, hinc Elisaphan, turbæq₃ sequentes

Extra castra darent mistos lacrymis ululatus,

Plancus populi.

Candentes byssō tunicas, cidarimque relinquunt

Corporibus cælo tactis, vnguentaque parcunt

*Probabile in sacra
veste se-
pultos.*

Addere, quippe sacer S A L E quos iam condit

I G N I S,

Et longè memores eui transmittet in annos.

*Ignis, sal.
Marc. 9.*

Lino igitur tantum inuoluunt, & puluere ponunt

Aggestis tumulo saxis, ceu fulminis abdant

Relliquias, bustūmque viris memorabile condant,

Et scripsit tumuli Misaël in marmore carmen:

*Epita-
phium.*

NOS SACER EXTINXIT, QVO NON ADOLEVIMVS,

I G N I S.

**D E B V I T H A S P R I M V S I V V E N V M E R R O R P E N D E R E
P O E N A S ,**

*Causa mortis a-
llienus*

NOSTRA S ACERD O TES F A C I A N T V T F V N E R A

C A V T O S ,

*gnis vsur-
patus.*

*P R O S I T E T H O C I L L I S E X E M P L O I L L V S T R E
B I D E N T A L .*

*N E C Q V E R I M V R N O S P R I M I T I S S I C F U L M I N E
R A P T O S ,*

D V M

DVM MORS NOSTRA SACRIS ALIENVM EXCLUSE-
RIT IGNEM.

Subdidit Elisaphan, & verba nouissima dixit
Aspergens consanguineos hoc carmine Manes.
His igitur rerum tenebris, hoc voluimur æstu?
Et fragiles adeò cæcis spes fluctibus errant?
Tam tristes obitus vobis tam lata vehebat
Mane dies, quos hac adeò funesta videret
Vespera? nec querimur flores calcantia fata,
Nec confusa colu miscentes funera Parcas:
Nec sine spe, sine stirpe domos utrique relietas.
NAM NVLLA EST non iusta neci mortalibus hora;
ET GENVS IMMORTALE animis, sine stem-
mate constat.

Funeris
luctus &
laudatio.

FAMOSA SED morte rapi, vulgoque pudenda,
Aspergit maculam viuis; functosque sinistris
Iudiciis, sequitur Manes ea fama sub imos.
Quæ vestros, iuuenes, casus, quæ fata sequetur
Suspicio? queis posteritas sermonibus olim
Inquiret vestrum facinus? quæ somnia finget
Accusans, aut vina hominum turbantia mentes,
Interdicta sacris? aut non satis arcta pudicis
Cingula corporibus, laxamque à pectore byssum:
Aut temerè inflatos ab inani murmure fastus,
Et populari aurâ; tantæ quod sortis honores,
Fortunamque suam pectus iuvenile tumescens
Non caperet, pauloque animis iactantior iret
Gloria, & elato sua ferret, gaudia vultu.
Sed nihil, ô casti Manes, nil nomen ab istis
Auguribus vestrum timeat: stat fama, vigetque,
Arbitriisque aliis longè intemerata vigebit,
Ius dicente Deo; cuius se gloria tantis
Afferit exemplis; vestraque in morte, litandi

Mors quæ
pudenda.

Quæ cul-
pa fratrū.
Non vi-
num.
Non libi-
do.
Non glo-
riola.

Mors ad
gloriam
Dei.

Hh 2 Prodidit

484 MOYES VIATOR.

Prodidit eximios ritus, quos postulat aris :
Formauitque suos omnes se Vindice, Mystas
Primitiis, quos ipse sacris sic ignibus hausit;
Absoluitque semel tranquilla pace receptos,
Cum vos excubiis castos, Octava videret
Sanguine lustrali, byssoque oleoque nitentes.
Lectione haud potuit mactari victima flamnis
Aethereis, Aeternum adyto, que pasceret Ignem.
Hec genitor; mœstique habeant solatia fratres.
Quippe Deo sic partus honos: sic condita templis
Relligio, & certo sanciti fulmine cultus.
Ite coronati per tanta piamina, Manes,
Quos iterum Deus ipse suo sibi consecrat igne,
Elysioque inter disponit sidera cœlo,
Abramio Electæ fulgent ubi stellæ stellæ.
Sap 4.13.
Curriculo confecta breui sic plurima vobis
Sæcula sunt vitæ; & famâ superabitis annos.

Christi
Sacerdo-
tes quam
attenti
sunt.
Sic ait. At Pœna funesta ad saxa sedentes ,
Et Nemesis, metuenda magis, grauioraque longè
Fata canunt, quæ mœsta suis ECCLESIA templis
Lugeat, heu! quoties alienum altaribus ignem
Accensas Phlegetonte faces inferre videbit.
Vt quid enim presente Deus sic arserit ira?
Armataque manu flammis Aronia sacra
Ultum ierit, temerata, leuis, quæ polluit error,
Turbatique animi iuenum ad primordia cultus,
Nelapsam cœlo auderent accedere flammam?

Christus
ignis co-
lestis.
At nunc ille ferat patiens Phlegetontis ab igne
Ardentes aris tadas inferre ministros?
Aeternum postquam in terris accenderit Ignem
Demissum cœlo, Verbiisque in fomite longè
Splendentem, & populos clarâ ad felice vocantem?
Nec Deus ex Adyto Vindex turbabit ab aris
Sacrilegos?

Sacrilegos? neque tela manu flagrantia sparger
 In capita, infames flamas ad sacra ferentum?
 Ille Sacerdotum Cyprios in cordibus ignes,
 Irarumque animos odiis, facibusque cruentis
 Fumantes, adstare aris, incendere thura,
 Atque ipsum tractare manu, postque impia mensa
 Oscula, libatum furiali pectore Numen
 Accipere, ac per sacrilegas transmittere fauces
 In barathrum, cæno scelerum quod tetrius Orco,
 Dissimulans, patiensque feret magis ac magis? ergo
 Deserit Deus esse? sui similisque, memórisque
 Non erit? illa omnis deinceps excescerit aris
 Maiestas? sed ne alta quidem Sacraria cœli
 Obtineat, turpes iam non exosa ministros?
 O Ariel! hodiisque tuis altaribus igni
 Fulmineo, radiisque iubas per colla frementes
 Horrificans! nisi te adscitus demitiget Agnus
 Ille tuis consors, solus qui præsidet aris,
 Absconditque feram faciem, rictusque leonis
 Vellere, pro nostris modo mansuetissima noxis
 Hostia; quo mox te ore leo, queis unguibus ardens
 Inferres? queis fulminibus tibi protinus aris
 Concederet lacera Impietas? ipsaq; sub Orcum
 Sacrilegos furia abriperent? Sic pallidus horror
 Pœnarum ardenti rapientum in crimine sontes
 Arceret scelera altari, templisque piatis,
 CHRISTE, tui soli arderent altaribus ignes;
 Vinaque templa tuis fierent corda omnia flammis,
 Quæ timor, aut amor accensa pietate sacrarent;
 Ceu cum sacrilegi quondam mendacia furti
 Spiritus argueret vehemens, flatuque rapinas
 Dilueret: sociam fraudis cum coniuge iunxit
 Sapphiram feretro: fraudesque horrore repressit;

Cuius
Deus vin-
dex.

Deus idē
nunc, quā
semper,
zelum te-
net.

Leonis
species
Deus in
illo igne
visus.
Christus
agnus in
altari leo-
nem mi-
tigat.

Religio
timore
adstringi-
tur.

Ananias,
& Sapphi-
ra.

486 MOYSES VIATOR.

*Exemplo sancta fides, purgatique virtus;
Multorumque salus paucorum sanguine parta:
Quin ipsique suâ morte inuenere salutem.*

Christi
patientia
leonem
geret.

34
Pausa fes-
so viatori
necessa-
ria.

*Ah! tua ne tandem iustus patientia fiat
Læsa furor! positoque AGNO, gerat ungue LEONEM!
Nam tua te perhibent utroque altaria vultu.*

*Sed satis, o Musæ, satis; & iam fila remittunt
Obstrepera vexata lyra, dudumque cothurnos
Tusqua Pharaneis triuerunt horrida dumis:
Et superest via longa tamen, Mosésque Viator
Vix medium est emensus iter, tamen ipse quietem
Exiguam hortatur Nebulae pendentis in umbrâ.
Hic citharam, & laceros monet instaurare cothurnos:*

Dr. A. gen. Radab. 1636.

FINIS.

ERRATA PAVCA.

Pagina 6. versu 28. lege, *Atlantides*. p. 28. v. 31. l. *Charris*. p. 64.
v. 14. l. *animantium*. p. 78. l. *Cenomyia*. p. 133. v. 7. l. *aspides*. p. 135.
v. 26. l. *suppara*. p. 169. v. 1. l. *quantos*. p. 197. v. 14. l. *Si IVBEAT*.
p. 261. v. 23. l. *Abſtinnere*. p. 391. v. 4. l. *secundis*. p. 419. v. 14.
l. *siparis*. p. 431. v. 3. l. *fluctibus*. p. 464. v. 27. l. *canistrum*.